

malam electionem precedentes, sed consequenter negativè, vel contrariè quomodo etiam intelligendè sint auctoritate Scripturæ, Parum, Ac Arist. omnia peccata tribuentium alicui defectui intellectuali explicatum est in eadem disp. 3. de Demonibus qu. 2. nu. 41. pro qua etiam materia videnda sunt que diximus in lib. de anima disp. 7. quæst. 3. art. 2. & 3. ubi agitur de modo, quo voluntas movetur ab intellectu ad operandum. Dandum alii dicunt, quod omnis malus est ignorans, non semper formaliter, sed interpretativè, si qua agit, ac si effectus ignorans.

333 Secundo obicitur, nullus potest velle, nec eligere, nisi præintellectum, sed eligens contrarium ei, quod est à ratione dictatum, ut temperatè vivere intellectu oppositum dictante, eligat, & vult non intellectam, quia nec contradictoria, cuiusmodi sunt temperatè est vivendum, & temperatè non est vivendum, simul intelliguntur, nec contraria, ergo &c.

Confirmatur, quia voluntas nihil potest velle, nisi præsupponendo actionem suam regulam circa illud; sed regula voluntatis est ratio dictans, & iudicans practicè hoc volendum, vel non volendum; ergo voluntas nihil potest velle, vel nolle, nisi secundum iudicium rationis. Nemo, indeterminatum ad aliqua debet ab alio determinari, ut possit in alterum illorum magis, quam in oppositum; sed voluntas est indeterminata ad hoc eligendum, vel respiciendum ergo ipsa determinari oportet ab intellectu dictante, & ordinatè quid eligendum, & quid respiciendum.

Respondetur negando minorem, quia licet omne dictatum sit intellectum, seu ab intellectu apprehensum, non tamen è converso omne intellectum est dictatum; unde intellectus dictante, esse intemperatè vivendum, licet contrarium, scilicet, esse intemperatè vivendum, non sit dictatum, est tamen intellectum, & apprehensum à bonè enim intelligitur, & apprehenditur quid sit vivere intemperatè, licet practicè non dicitur ab intellectu sic esse vivendum, licet ergo nullus possit eligere, & velle non intellectum, hoc est, ab intellectu nullo apprehensum potest tamen velle, & eligere non dictatum, ut enim voluntas ab intellectu movetur, tandem indiget actu intellectus exprimentè bonitatem, vel malitiam obiecti, quod fieri potest per simplicem apprehensionem, & intelligitiam, & non necessariò compositionem, quia dicitur hoc esse eligendum, vel fugiendum, ut late probatum est disp. 7. de anima q. 6. art. 1. à n. 124. Ad probationem illius minoris negatur intellectum non posse intelligere simul contraria, vel contradictoria, nisi enim simulque intelligeret, & apprehenderet, non posset inter ea distinguere; verum tamen est non posse ea simul dicere, vel de eodem simul affirmare; aliud verò est loqui de contrariis, vel contradictoriis simultanea apprehensione, aliud verò de compositione.

Ad Confirmationem, concedo actum voluntatis præsupponere semper aliquem actum intellectus circa obiectum, in quod tendit, non tamen semper dicatum, nam sufficit apprehensum, quod si contendat esse debere dicatum, hoc solum verificari potest de voluntate, inquantum est rectè eligens, quia ut si oportet sue regulæ conformari, ut sit recta, sed non est verum de voluntate absolute considerata, quasistantè regulam in intellectu, non possit velle oppositum regulæ etiam ab intellectu ostensum, & apprehensum, licet non dicitur, Ad ultimum, valet assumptum de indeterminato activè, qualis est voluntas, non autem de indeterminato activè, qualis est voluntas, que activè differens est ad opposita contrariè, & contradictoriè, nam ex vi sui libertatis potest se ad alterum determinare quocumque alio circumscripto, ut dicitur est loc. cit. in libris de anima.

334 Tertio obicitur, quia in speculabilibus scientia pendet ex habitu principiorum, ergo in moralibus recta ratio pendet ex recto appetitu finis agibilium, sed appetitus ad illam rectè se habet per virtutes morales; ergo prudentia neque simpliciter necessarium habet cum illis Confirmatur: sicut temperantia generatur ex frequentibus electionibus eiusdem medi in delectationibus; sic prudentia ex frequentibus iudiciis, vel præceptis de eiusdem agibilibus; sed cum mediocritate nequit intellectus in his frequentè versari, si voluntas frequens non erit in rectis electionibus ergo impossibilis est habitus prudentia in intellectu sine morali virtute in voluntate.

Respondetur negando pariter, que potius deberet sic accipi, quod scilicet scientia in speculabilibus pendet ab habitu principiorum, ita recta ratio in agibilibus pendet ab ultimo fine illorum, finis enim in agibilibus se habet, ut principium in speculabilibus; sic autem finis est honestas ipsa virtus à ratione propofita in mediocritate inter extrema cuiusvis agibilis, non autem ipse appetitus rectus; & ideo gratis omnino inferitur, prudentiam pendere in veritate à rectitudine appetitus ex morali virtute.

Ad Confirmationem negatur minor, quamvis enim volun-

tas operari nequeat, nisi circa præcogitatum, non tamen ita intellectus operari debet circa prævolitum, Dices, si voluntas non est rectè disposita circa virtutem, vel virtutis obiectum, nec etiam intellectus rectum iudicium de agibilibus poterit frequentari, quia ex tali mala iudicium dispositione inferitur intellectus, ne rectum ferat iudicium in agibilibus. Respondetur non statim ab initio impediri, sed paulatim, atque ideo ab initio poterit habitus prudentia in intellectu generari, præsertim cum per unicum dictamen generari possit habitus prudentia, ut ait Doctor disp. 36. lib. K.

Quarto obicitur, quia prudentia dirigit media, que conferunt ad finem virtutum, sed inquisitio mediolorum supponit intentionem finis; ergo voluntas debet prius esse affecta ad honestatem virtutis, & non nisi per virtutes morales; ergo prudentia abque virtutibus moralibus esse non potest.

Respondetur, ad prudentiam non solum spectare dirigere media, sed etiam fines virtutum; & dum prudentia dirigit media, & consulat de mediis, non necessariò supponere debet in voluntate rectam finem intentionem, quia sine dubio potest quibus in rigore cogitare, & inquirere, quomodo sit rectè operandum iuxta regulas alicuius virtutis, & non adhuc voluntatem habere exercendi talem virtutem; Et quidem, quod prudentia non solum dicit de mediis ad finem, sed etiam de ipso fine, notat Doctor disp. 36. lib. K. ubi ait, quod prudentia non solum est mediolorum ad finem, sed etiam ipso finis, sic quod illi habitus generis ex dictaminibus, sive sit circa finem, sive mediolorum ad finem dicitur esse prudentia; quod etiam cum Soto contrà Thomistam docent Averrà d. p. 55. sect. 23. Arriaga disp. 34. in fine, & alii Recentiores; experimur enim non sepe esse indifferentes non solum ad eligendum hoc medium præ aliis, sed ad hunc finem præ alio; quando enim sumus indifferentes, vel ad hanc medietatem, tunc non apprehendimus tunc illam honestatem abstinentiam, tunc non apprehendimus tunc illam comestionem, ut utrumque, neque habeo aliquem mihi propofitum finem fixum, ad quem tam comestio, quam abstinentia sit utilis; ergo tunc non confusa de mediis, sed de finibus ipsis, tunc autem temporè datur locus prudentia, que dicitur potest, tunc abstinentiam esse magis amabilem ob bonitatem moralem, quam habet, qua caret comestio, Tum quia ut arguit doctor loc. cit. virtus moralis semper sequitur ordine nature prudentiam aliquam; ex electione autem finis particularis, pura castitatis, generatur virtus moralis, ergo prudentia non est ita restringenda, ut tantam sit habitus circa media ordinata dictata ad consequendum finem particularem electum.

Hic queri solet, an prudentia sit distincta ab Ethica, seu à scientia moralis: Et ratio dubitandi est, quia Ethica, que dicitur scientia moralis, tradit præcepta omnia generalia prudentia; & prudentia verò spectat conclusiones particulares ex eis inferre, verb. gr. ergo hic, & nunc est id faciendum; Sed in hac deductione nulla nova intervenit difficultas, magis, quam in deducendo, quod hic homo est animal ex illa universali, quod omnis homo est animal; ergo pro tali illatione, vel deductione conclusionum particularium in moralibus non videtur prudentia poni debere habitus distinctus ab Ethica, vel scientia moralis; Confirmatur, quia ex eo præsertim Ethica solet distinguì à prudentia, quia Ethica solet attingere obiecta universalis, & necessaria, prudentia verò particularia, & contingencia; sed hæc ratio non convincit distinctionem habituum, quia ethico, prudentia tangat particularia, seu conclusiones particulares eas tamen tangit inferendo ex universalibus; hoc autem ad eandem scientiam spectare videtur: sic quia Philosophia in communè dicit omne corpus est mobile, ad eandem pertinet hæc particularis conclusio inde deducta, ergo hoc corpus naturale est mobile; & quæ logicæ in communè dicit, omnis quod definitio constat ex genere, & ex differentia, ad eandem logicam pertinet peculiaris conclusio inde deducta; ergo hæc definitio, ut sit bona, ex genere, & ex differentia constare debet; & idem est de aliis illationibus particularibus.

335 Communis tamen sententia docet eas duas virtutes omnino distinguì, & Ethicam sub genere scientie constituere, que est secunda virtus intellectiva, ut videtur apud Tataratum 6. Ethic. quæst. 6. Totâ difficultas consistit in assignanda ratione istius distinctionis, que solvat rationem dubitandi propofitam; & que mihi satis apta videtur, quam assignat Arriaga disp. 36. sect. 3. num. 47. nimirum quod quando in S. logismo aliquo minor, que ponitur, ut deinde conclusio inferatur, est veritas aliqua diversa, que nullatenus in maiori includitur; tunc necessarius est diversus habitus ad eam minorem ponendam in illa sit specialis difficultas; ideoque consequens illatum ex duabus illis præmissis ad solam maiorem universalem pertinere non potest, vel ad habitum eius. Sic autem est in propofito, nam quoniamcumque Ethica dicat, refrenandum est sub hæc, vel illa

tas operari nequeat, nisi circa præcogitatum, non tamen ita intellectus operari debet circa prævolitum, Dices, si voluntas non est rectè disposita circa virtutem, vel virtutis obiectum, nec etiam intellectus rectum iudicium de agibilibus poterit frequentari, quia ex tali mala iudicium dispositione inferitur intellectus, ne rectum ferat iudicium in agibilibus. Respondetur non statim ab initio impediri, sed paulatim, atque ideo ab initio poterit habitus prudentia in intellectu generari, præsertim cum per unicum dictamen generari possit habitus prudentia, ut ait Doctor disp. 36. lib. K.

ARTICULUS PRIMUS.

Quæstio Resolutiva.

illa circumstantia, subtili vero, vel tali non est refrenandum, nempe in casu extreme necessitatis vel periculi honoris; adhuc tamen non potest particularis conclusio inferri, verbi gratia, ergo hic, & nunc est refrenandum, vel non est refrenandum, donec sublimatur in mor, argui sic, & nunc sunt tales circumstantia, in qua minore iudicium incumbit prudentia, & hæc maxima intervenit difficultas, que per principia illa generalia Ethica nullo modo decipi potest, quia determinare & hic, & nunc, ut v. gr. sit periculum honoris, si refrenuo, pendet ex variis considerationibus, & sic etiam in aliis casibus, itaut interdum homines etiam doctissimi, & prudentissimi non possint se determinare, nec formare illam minorem, que ad conclusionem particularem inferendam est omnino necessaria; & hinc sepe oritur magna difficultas in consiliis capiendis; Ex hoc ergo manifestè inferitur illorum duorum habituum distinctio, Ethicæ, scilicet, & prudentiæ; cum enim illa sola non sufficiat per sua principia generalia ad dirigendas actiones particulares, sed necessarius fit particularis habitus distinctus, quo intellectus, vel ex aliis similibus successibus, vel ex perpeticis circumstantiarum consideratione, vel ex notitia aliunde acquisita possit inferre hic, & nunc tales interveniunt circumstantias, quales in communè Ethica requirit, dicit minime potest majorem, & minorem ad eundem habitum pertinere.

338 Ex quo patet solutio ad rationem dubitandi propofitam; sibi enim veritas minoris particularis sufficiens in maiori universali includitur, neque in ea ponenda illa specialis aderat difficultas, & ideo ad eundem scientiam habitum cum maiori poterat pertinere; hoc autem in propofito nostro non contingit; & ideo prudentia, ad quam spectat minor particularis, poni debet habitus distinctus ab Ethica, seu scientia moralis, ad quam spectat maior universalis; Possunt tamen hi duo habitus ita constitui, ut Ethica quoque sub prudentia in communè constituantur, ac in adæquate ab ea distinguantur, tanguam inclusum ab includente, adeo quod sub prudentia in communè duo habitus continentur; unus per se scientificus generalis, qui vocatur Ethica, & scientia moralis; alter vero opinativus majori ex parte, qui nomen generis sibi appropriandum prudentia dici consuevit; unde sit, ut conclusionis prudentia, speculativè loquendo, non sit certa, sed late falte est moraliter loquendo in ordine ad excludendum peccatum vitæ certæ, quia qui hic, & nunc iudicat in vincibiliter certè, se bene procedere, bene etiam procedit, ut dictum est lib. 2. disp. de Actibus humanis tractando de opinione probabili; Hæc autem doctrina de distinctione prudentia, ab Ethica consona est Scoti 3. d. 36. lib. K. ubi approbat distinctionem scientie practicæ, & prudentiæ à Thomistis postam, & solum negat prudentiam circa media tantum versari, & non etiam circa finem.

QUESTIO SEPTIMA.

Ad Prudentiam sit unica per omnibus virtutibus moralibus, vel potius pro qualibet sit distincta.

339 Communis Thomistarum sententia docet, unicum tantum esse habitum prudentia, qui ad omnes virtutes morales se extendit, inter se comparando earum obiecta, & decidendo quid hic, & nunc fieri debeat omnibus pensatis; ita Cajetanus, Medina, Conradus, Alvarez, Vasquez, Tannerus, & alii Thomistæ passim cum Divo Thoma qu. 60. art. 1. quorum præcipuum fundamentum est, quia unicuique est modus iudicandi circa omnia obiecta virtutum, ille autem est per consultationem invenire mediocritatem in materia, & convenientiam mediocritatem cum fine; ergo unicuique pro omnibus virtutibus prudentia. Ex adverso Scotus, & Nominales afferunt tot esse prudentias formales, & secundum speciem distinctas, quot sunt virtutes morales, acquiruntur circa ipsas, atque ita cuilibet virtuti morali suam propriam prudentiam correspondere; itaut prudentia in communè debeat poni una tantum secundum genus remotorum, sicut etiam virtus moralis acquisita hoc modo tantum genericè dicitur una; ita Scotus disp. 36. cit. §. quantum ergo ad istum, Ocham, Gabriel, Rubion, Mairon, Bassolius, Almainus, Tataratus, Rada, Vulpes, Arceus, & ex Recentioribus Averrà, Arriaga, & alii.

140 Iudicandum est cum Soto loc. cit. quod tot sunt prudentiæ secundum speciem, quot sunt virtutes morales acquiruntur, itaut cuilibet virtuti morali sua propria virtus correspondeat; prudentia verò in communè sit una virtus secundum genus remotum eo modo, quo virtus moralis acquisita sic dicitur genericè una. Conclusio constat ex dictis in superioribus num. 101. & 115. quam ita probat Doctor, sicut ars est recta ratio fabricabilium, & artificialium, sic prudentia est recta ratio agibilium 6. Ethic. ergo sicut ars respicit fabricabilia, ita prudentia agibilia; sed planum est, quod respectu diversorum fabricabilium aliterius, & alterius rationis diversæ sunt artes specie differentes, alia enim species est ars Medicina, alia Sutoria, alia Carpentaria, alia Domestica, alia Frenetiva, alia Fabrilis &c. ergo pariter alia est prudentia dictans de temperatè vivendo, alia de iuste operando, & alia de fortiter agendo; Vnde sicut artes generaliter respicit omnia fabricabilia, qualiter scilicet, est domus fabricanda, qualiter navis disponenda, qualiter medicina dispensanda &c. ita prudentia generaliter respicit omnia agibilia, ut qualiter est castè vivendum, qualiter terribilis sunt viriliter sustinenda, qualiter unicuique refrenandum, quod suum est; Et sicut aliquis potest esse artifex circa aliquid fabricabile, & non circa aliud, ita aliquis potest esse prudens respectu alicuius agibilis, & non respectu alterius; atque admodum quemadmodum respectu diversorum fabricabilium sunt ponendæ diversæ artes, ita respectu diversorum agibilium sunt ponendæ diversæ prudentiæ.

Respondent Thomistæ ex eorum fundamentum iam adducto negando pariter de arte in fabricabilibus, & prudentia in agibilibus, quod quævis unus est modus iudicandi in agibilibus, secundum quod expediat homini ad finem apprehensum, nempe in eligenda materia, & mediis ad talem finem, & modum autem iudicandi est per consultationem, inveniendum mediocritatem in materia, & convenientiam mediocritatem ad finem; Et quamvis sint varii fines apprehensi, in quo prius ferretur appetitus vel voluntatem, aut propofitum, non fatet est, ut dicamus diversas esse prudentias; nam si varii fines in apprehensionem, vel propofitum, sunt veluti varia principia, ex quibus prudentia inchoat suam consultationem, ut tandem ad iudicandum perveniat; est igitur una prudentia circa assignandum mediocritatem, & media ad finem diversarum virtutum, quia est idem modus consultandi, & iudicandi, ita Cajetanus part. 2. qu. 60. art. 1. circa solutionem primi.

Hæc tamen doctrina, & solutio evidenter reicitur, quia si iste unus, & idem modus consultandi, & inveniendi mediocritatem, seu convenientiam mediocritatem cum fine in tam diversis materiis sufficiens est ad statuendum unam speciem prudentiam respectu omnium agibilium; sic pariter similis modus consultandi, artium, & media ordinandi ad proprios fines (sufficiens erit ad unam artem constituendam respectu omnium fabricabilium imò hæc eadem ratione una specie erit constituenda virtus moralis respectu omnium bonorum honestiorum, & una scientia respectu omnium scibilium; Probari hæc consequentia, quia omnes artes conveniunt in modo consultandi circa proprias materias, & in modo disponendi mediis ad proprios fines, item eodem etiam modo omnes virtutes morales voluntatis in hoc convenire videntur, quod omnes amant suum obiectum formale, & propter illud amant media ad eius consecutionem utilis. Et tandem omnes scientiæ, quantumvis inter se specie diversæ in hoc conveniunt, quod qualibet inquirenti inquirat definitionem, de quo suas probat passiones, & qualibet inquirenti inquirat medium, ex quo proprias possint inferre veritates, eo planè modo, quo dicunt Thomistæ prudentiam querere mediocritatem in obiectis, & convenientiam mediocritatem cum fine. Sicut ergo non obstantè ea artium convenientia, & similitudine in modo consultandi, & querendi convenientiam mediocritatem cum fine; & convenientiam virtutum moralium inter se in modo amandi sua obiecta, & scientiarum inter se in eo modo inquirendi; eo tamen ipso, quod obiecta artium, & scientiarum sunt inter se diversæ, & quod fines, ac honestates in obiecto sunt diversæ, dantur tam diversæ artes, & scientiæ in intellectu, & tam diversi habitus honesti in voluntate. Sic pariter non obstantè ea convenientia in modo consultandi, & querendi convenientiam mediocritatem cum fine, dantur etiam diversæ prudentiæ; Et ratio est, quia licet ea convenientia videatur eisdem terminis explicari, solum tamen genericè una, & eadem est in omnibus obiectis, specifice verò sunt valde diversæ; quia longè diversæ sunt convenientiæ in diversis obiectis, & diverso modo in uno, quam in altero obiecto de ea convenientia iudicandum est; ac



que ita ad diversas particulares convenientias diversi habitus specie requirentur.

142 Secundo adhuc magis explicatur, Si declaratur hac specifice diversitas consultandi, & inveniendi mediocritatem, seu convenientiam cum fine in tam diversis materiis, nam mediocritas requiritur in materia fortitudinis erga terribilia, vel in materia temperantiae erga cibum, & potum longe diversas petit consideraciones ex parte intellectus ad mediocritate requisita in humilitatione, in oratione, in pecunia donatione, & aliis diversarum virtutum actibus, ergo non potest intellectus per unum, & eundem specie habitum mediocritatem invenire in tam diversis virtutum materiis; Quam diversitatem adhuc amplius explicat Arriaga disp. 34. sect. 3. nu. 28. nam ut homo iudicet prudenter, utrum imminente periculo vitæ liceat omittere sacrum, & imminente eodem periculo possit licite mentiri, diversa planè principia tam in majori, quam in minori proponuntur, quæ certe non possunt per eundem specie habitum cognosci, etenim in primo casu in conficiendo discursu iudicativo hæc intervenit major, res quæ ex solo precepto positivi obligant, possunt omitti ob periculum grave imminens, dummodo id non fiat in legi contemptum, in secundo vero casu hæc intervenit pro majori. Ex rebus intrinsecè malis nunquam licet propter ullam finem aliquid admittre, & hic quidem actus longe diversus est à primo, & quidem specie, quare hæc propositio alium specie habitum requirit ab illa, quæ in priori syllogismo assumebatur; Deinde pro minori prioris syllogismi hæc subdit debet sacrum solo iure positivo præcipitur, pro minori vero posterioris hæc alia mentiri est intrinsecè malum, quæ etiam dicitur præpositiones valde inter se sunt diversæ; ergo licet in modo inferendi etiam specifice ultimo convenienter procedat diversarum virtutum, nihilominus pro præmissis, & coordinatione illarum debent assignari diversi specie habitus, sicut & illæ præmissæ prioris, & posterioris syllogismi inter se specie differunt. Ratio à priori est, quia una regula specie non potest esse respectu regulabilium specie diversorum sed prudentia, vel eius actus est regula eligibilium directiva; ergo cum eligibilia, quorum sunt morales virtutes, specie sint distincta, sicut ipse morales virtutes, per consequens prudentia actualis, ac etiam habituales specie distinguuntur.

143 Tercio probatur ex Rubione disp. 39. quæst. 2. art. 2. nam prudentia circa aliorum regimem est distincta specie virtus à prudentia respectiva sui ipsius, quæ dicitur prudentia moralis; & rursum prudentia aliorum regimem non est una tantum virtus, sed multiplex, & dividitur in regnicivam, politicam, æconomiam, & militarem; & hoc ipsum concedunt etiam Vasquez, Tanærus, & alii plures ex Aduersariis; ergo idem pariter dicendum erit de prudentia respectu cuiuslibetque alterius virtutis; Consequenter probatur, quia etiam prudentia circa alios nil aliud præstat, quam cognoscere mediocritatem, & convenientiam mediocritatem cum fine, acque ita habere unum, eundemque modum consultandi cum prudentia erga se. Et tamen hoc non obstat non esse una, eademque prudentia, sed sunt specifice diversæ; ergo ea ratio de unitate consultandi non est sufficiens pro unitate prudentiæ. Quare neque prudentia moralis, quæ est erga sui plus regimen, erit unica secundum speciem infinitam, sed plures sub se continens, tot, scilicet, quot sunt morales virtutes, ad quarum actus elicitos, quibus regit quilibet seipsum, huiusmodi prudentia ordinantur; Unde multi etiam que debent habitus prudentiæ pro se solo regendo, licet non tot, quot pro regendis aliis.

144 Quarto probatur à Basso ratione à priori, quia habitus qui respicit plura obiecta formalia secundum diversas per se rationes formales, non est unus, sed plures specie, ut habetur ex Aristotele de Anima; sed prudentia est huiusmodi, ergo &c. Minor probatur, diversorum obiectorum, quorum appetitivus habitus sunt specie distincti, habitus intellectivi appetitivi correspondentes etiam specifice distinguuntur, sed obiecta prudentiarum appetitivus virtutibus correspondunt specifice sunt distincta, quia ob eorum distinctionem ipse quoque virtutes morales appetitivæ sunt specie distinctæ; ergo & eis correspondentes diversitas specifice distinguuntur; Major probatur, non enim diversitas obiectorum specifice minus arguit diversitatem habituum intellectuum specificam, quam appetitivorum, quia in illud idem quod appetendum, seu eligendum inclinatur virtus moralis, dirigunt prudentia directiva; & sub eadem ratione, sub qua per virtutem moralem quis inclinatur ad aliquid eligendum, diriguntur per prudentiam ad illud idem, & sub eadem ratione, ergo qua ratione virtutes morales appetitivæ arguuntur specie distincti, quia sunt diversorum obiectorum, eadem habitus intellectuales eis correspondentes, scilicet, prudentiæ directivæ specifice distinguuntur.

Neque rationabiliter à Thomistis paritas hæc negari potest, quia nulla prorsus apparet ratio, quare prudentia ex parte in-

tellectus, quæ per se est directiva moralis virtutis, non respiciat obiectum agile secundum proprias, & diversas rationes speciales, sicut & virtus moralis. Nec etiam illa potest assignari disparitatis ratio, quare ad directionem necessariam circa bonum agile sufficit respicere bonum agile sub ratione communi, non autem sufficit, quod bonum morale virtutes appetitivæ amant sua obiecta formalia sub ratione speciali; Potius ergo eodem modo discurrendum est hic, & ibi, quoniam illud idem, & sub eadem ratione, quod prudentia dicitur eligendum, homo eligit per virtutem moralem electivam, si enim prudentia diceretur unum, & sub una ratione, & virtus moralis inclinaret in aliud, vel in illud idem, sed sub alia ratione, nullus ex directione prudentiæ bene eligeret.

Quinto tandem probatur à Doctore loc. cit. ratione à posteriori, evidentiissima, quia sicut aliquis potest esse moraliter bene affectus circa aliqua agibilia, & male circa alia; ita etiam in dicendo potest esse habitus ad rectè dicendum circa ista, & non circa illa, cum nec circa illa habeat principia ad dicendum de illis, nec conclusiones sequentes ex eis, probatur consequentia; ita enim quæ ad morales virtutes pertinent, sunt diversa intelligibilia, cum quorum unius scientia potest itare alterius ignorantia, sicut aliarum scientiarum speculativarum diversarum obiecta; ergo sicut possum scire speculative unius scientiæ obiectum, ut logicæ, ignorando obiectum alterius; ita possum scire practice quid eligendum circa materiam unius virtutis moralis, ignorando quid eligendum circa aliam, & per consequens ex recto dictamine circa materiam unius virtutis potest generari habitus prudentiæ, illi virtuti correspondens, non generata prudentia virtuti alteri correspondente, circa cuius materiam, sive obiectum nullum est habitum dictaminatum. Ex quo rursum sic arguit Basso, illi habitus sunt essentialiter, & specifice distincti, quorum unus acquiritur in aliquo, non acquirendum alium, nec in aliquo gradu eius in eodem; videtur enim, si essent habitus, quod uno acquisito acquireretur, & alter, vel saltem gradus aliquis ipsius; sed acquisita prudentia circa aliquam materiam moralem in speciali non acquiritur prudentia circa aliam materiam in speciali, nec aliquis eius gradus, nam experientia ipsa indicat aliquos esse maxime prudentes in re militari, qui sunt alioqui imprudentes in aliis; alios esse prudentes in Reipublicæ administratione, non in aliis; alios esse probè instituti, facis experti, & diu versati, & tamen in aliis rebus sunt prorsus inexperti, & rudes.

Confirmatur tandem, quia ut arguit Arriaga, quando acquiruntur species de mediocritate fortitudinis, vel orationis, nullæ acquiruntur etiam de mediocritate cibi, vel potus; ergo tunc nullus actus est in intellectu de hac mediocritate, sed solum de prima; ergo neque ullus habitus, aut facultas acquiritur circa secundæ mediocritatis cognitionem, pua temperantia, quia sine actu circa illam non potest acquiri facultas directiva in illam; ergo habitus circa mediocritatem castitatis, vel temperantiam in cibo non acquiritur ex facilitate circa cognoscendam mediocritatem in dauda elemosina; ergo prudentia habet distinctos habitus iuxta distinctionem materiarum five virtutum; quo quidem argumento in logica iam demonstravimus scientiam totalem non esse unicum habitum in una simplici qualitate consistentem, sed ex multis componi; & ita etiam de habitu prudentiæ debemus discurre in presenti.

Neque hic locum habere potest responso Vasquez dicentis, 146 eum habitum primum, seu primò acquisitum circa unam virtutem, posse per modum superadditi extendi ad novum actum alterius virtutis; Non, inquam, locum habet, quia ut arguit Arriaga, nulla prorsus est ratio, cur una ex illis facultatibus sit habitus, alia modus, imò cum neutra pendat ab alia neutra potest esse modus alterius, sed ambe erunt entitates reales ab invicem separabiles, & separatim existere valentes; Quod possimè in proposito circa prudentiam locum habere ostendit argumentum adductum, quia potest quis prudentissimè operari in materia unius virtutis, & imprudenter in alia, ergo non potest una prudentia dici modus alterius, sed dependens essentialiter ab alia.

Nec minus locum habere potest aliorum Thomistarum responso dicentium eas omnes partes habitus esse reales, nihilominus tamen inter se uniti, unoqueque constitutur habitum. Nam in primis hæc unio est prorsus ficticia, & inutilis, non enim magis difficulter habitus illi paritales non uniti trahent uniuersumque voluntatem ad suum obiectum, quam si uniti essent; Tum quia si ea unio semel conceditur inter habitus illos paritales prudentiæ, ita ut illis unus specifice resuler habitus,

habitus totalis: idem dici poterit ac debet de virtutibus ipsis moralibus, quod finguntur sint paritales habitus voluntatis, & unam specie virtutem ex omnibus illis paritabilibus unitis resultare, sicut fit in actu unam prudentiam ex omnibus illis paritabilibus resultare. Tum tandem quædam est eorum id concedatur, adhuc habemus intereum, ut bene urget Arriaga loc. cit. scilicet, non esse unam, eandemque prudentiam entitatem, quæ ad omnes actus morales faciliat, sed unam partem ad unum, & aliam ad alterum; unamque partem prudentiam unius virtuti morali correspondere, & aliam alteri, ut supra arguebamus n. 115.

Itaque Scotus loc. cit. concedit unam prudentiam genericè respicientem agibile in communi ex natura rei actu præcisam à subalternis, & infimis speciebus agibilibus, habentem unitatem solum formalem generis remoti potentialiter tantum contingentem diversas species subalternas, & infimas. Affirmat verò plures species infimas ad iudicandum actualiter de agibilibus in particulari, negans hæc species simul coire in unam totalem prudentiam specificè actu consultativam, iudicativam, & præceptivam de quovis agibili in particulari; unde neque admittit huiusmodi species inter se necessario connexas, ut quælibet sit simpliciter perfecta circa proprium agibile ad eadem de illo consultativa, iudicativa, & præceptiva, & hoc eadem ratione, quæ negabat unam virtutem moralem esse necessariam cum alia connexam, ut sit perfecta in proprio genere; Et sicut concedit unam virtutem moralem etiam in suo gradu perfectissimam posse repeteri ab alia perfectiore; ita etiam dicitur de habitibus prudentialibus virtutibus illis correspondentibus, quod ab invicem separari possint, ita ut quis sit perfectè habitus ad rectè consulendum, iudicandum, præcipiendum circa obiectum temperantiae etiam in una determinata specie, & non circa obiectum fortitudinis, vel iustitiæ, aut alterius virtutis. Non enim per eundem prudentiam habitum novit quis servare mediocritatem in cibo sumendo, & pecunia clargiendo, quia est aliquid facile iudicando de circumstantiis alius virtutis, & de modo in ea servando; non tamen statim tandem facilitate experitur in actibus aliarum virtutum, quare opus est uniuersique proprio habitu prudentiam in singulari virtutum materiis; si licet non unus, sed multiplex specie habitus est in uno sapiente, qui tamen dici potest unus generis, quo modo animal, quo specie multiplex est, unum genere dici solet.

ARTICULUS SECVNDVS.

Obiectionum Solutio.

149 Non oppositum Primò obi ciunt Thomistæ præcipuum eorum fundamentum ab initio questionis superius adductum; quia unum est modus iudicandi circa omnia virtutum obiecta, & hic est invenire mediocritatem in materia, & convenientiam mediocritatem cum fine; ergo unica erit pro omnibus, & singularis prudentia. Deinde quia etiam darentur multiplices habitus prudentiæ pro singulari virtutibus, valde consentaneum est præter illos admittere aliquem alium habitum carere omnibus eminentioribus, qui sese applicet ad dirigendos quovis quarumlibet virtutum actus. Tandem, quia hæc videtur expressa Aristotele sententia 6. Ethic. cap. 13. ubi prope finem capituli inquit, etenim cum prudentia, quæ est una, simul inveniunt omnes, scilicet, virtutes.

Respondetur, fundamenti levitatem satis constare ex dictis n. 147. quia non apparet ratio, cur ad directionem necessariam circa bonum agile sufficiat illud respicere sub ratione communi, & generali, imò potius ratio oppositum laudet, quia modus ille iudicandi per consultationem in inveniendo mediocritatem in materia morali est valde communis, & generalis, ideoque non sufficiens ad necessariam directionem circa omne bonum agile in determinata materia specialis virtutis v.g. temperantiae, vel fortitudinis, aut iustitiæ; Et planè Thomistæ nunquam satis declarantur, quare prudentia ex parte intellectus, quæ est per se directiva moralis virtutis, non respiciat obiectum agile secundum proprias, & diversas rationes speciales, sicut in illud tendit virtus ipsa moralis. Ad 2. negatur assumptum, quia totalis ille, & omnibus prudentiæ habitus est omnino inutilis, & superfluous; sufficit enim ad constituendum mediocritatem in quolibet actione iudicium naturale prædicatum cum aliquo habitu specialis prudentiæ, præsertim cum omnis actio honesta circa aliquod obiectum particulare versetur, quia actiones sunt circa singularia.

Ad ultimum jam dictum est superius num. 106. Aristotele ibi sumere prudentiam in tota sua amplitudine, prout omnem materiam moralem complectitur, regulantem enim cum hæc prudentia dirigente humanam rationem in materia omnis virtutis tunc conjunctæ virtutes morales in voluntate ad rectè

in omnibus operandum; ita hanc auctoritatem exponit Doctore disp. 36. lit. M. dùm inquit, quod debet intelligi de una prudentia perfecta, non tantum intensivè in proprio genere, sed etiam extensivè in omnibus generibus; nunquam autem prudentia inquit Doctore, est sic extensivè, & facta, quantum potest esse, nisi sit perfecta circa omnia illa, ad quæ potest se extendere, & illa sunt omnia pertinentia ad quoscunque virtutes morales; quæ Scoti distinctio de duplici prudentiæ perfectione, alia intrinseca, & intensiva, alia extrinseca, & extensiva eodem modo explicari debet, quod hæc eadem distinctio explicata est superius num. 107. de duplici perfectione moralis virtutis; ubi diximus perfectionem extrinsecam, & extensivam advenire virtuti ex conjunctione, & connexione cum alia virtute; sic, inquam, dicendum est in proposito de prudentia, quod particularis illa prudentia, quæ dirigie in materia temperantiae, potest esse in suo genere, vel in sua specie perfectissima intrinsecè, & intensivè absque connexione cum alia parte prudentiæ, quæ dirigie in materia fortitudinis; sed ut dicatur prudentia perfecta etiam extrinsecè, & extensivè debet esse connexa cum aliis paritabilibus prudentiæ; quæ dirigunt in materia aliarum virtutum, quia prudentia, ut inquit Doctore, nunquam sic dicitur extensivè perfecta, quantum potest esse, nisi sit perfecta circa omnia illa, ad quæ potest se extendere; In hoc igitur sensu ait Doctore, Aristotele loc. cit. dixisse prudentiam esse unam pro omnibus virtutibus, quia accipit prudentiam in tota sua amplitudine, & perfectione extensiva, prout omnem materiam moralem complectitur, & dirigie ad rectè in omnibus operandum. Cæterum cum unaqueque virtus essentialiter non postulet prudentiam completam, & extensam circa omnem materiam virtutum, sed circa suam particularem, hinc non fit, quod habitus cuiuscunque virtutis necessarîo connectatur cum alio secundum rationem virtutis propter connexionem cum una prudentia.

Secundo obijciunt, quia obiectum prudentiæ est verum 150 sed eadem est ratio veri in qualibet materia virtutis moralis, quam iudicat prudentia; ergo eadem virtus prudentiæ de hac, & illa virtute consistit debet; Maior patet, minor verò probatur, quia cum veritas consistat in convenientia conceptus cum re, quam enunciat, & non sit specifice diversa convenientia intellectus cum re, quam enunciat, quamvis sint diversæ res, de quibus iudicat, & enunciat, non erit diversa veritas.

Confirmatur, quia prudentiæ correspondet unum obiectum sub una ratione formali, nempe bonum humanum, quatenus humanum est, quod est eisdem rationis in omnibus circa quamcunque materiam timoris, iræ, & concupiscentiæ. Denique quia quemadmodum est alia scientia medicinz corporalis, quæ versatur circa sanitatem corporalem contra varias agredientes, ita etiam esse debet una prudentia circa sanitatem spirituales contra varia vitia, & per varias virtutes.

Respondeo, quod si argumentum valeret, probaret pariter non posse esse plures scientias speculativas rerum, quia est eadem veritas speculativa diversarum rerum, & dicendum igitur neque scientiam, neque prudentiam speciem sumere à veritate, quæ est convenientia intellectus cum re, sed ex rebus ipsis, quas considerant, & ex modo tractandis, & Considerandi illas, veritas enim non est obiectum scientiæ, ac prudentiæ; sed res ipsa, quam consideramus sub hæc, vel illa ratione; veritas autem est passio, vel quasi passio intellectuum consequens.

Ad Confirmationem, falsa est maior, & minor; minor quidem, quia cum prudentia versetur circa varias materias singularium virtutum, quæ secundum se diversæ sunt secundum speciem in genere moris, non potest esse una ratio obiecti prudentiæ pro omnibus speciebus, sed tantum generica. Falsa est etiam minor, quia sicut diversæ virtutes morales à prudentia directæ respiciunt diversæ, & distincta obiecta formalia secundum proprias rationes, ita etiam prudentia secundum species suas, cum sit singularium virtutum moralium directiva.

Ad ultimum negatur paritas, quia licet medicina agat de removendis vitiis contrariis moribus; adhuc tamen esse potest una, quia hoc totum ordinatur ad tuendam, & acquirendam unam solum sanitatem, quæ consistit in una, & proportionata humorum temperie, quæ per varios morbos impedi potest, ac verò prudentia moralis non agit de tuenda, ac acquirenda una valitudine spirituali, sed pluribus, & diversis etiam secundum speciem, nempe de acquirendis, & tuendis variis virtutibus moralibus; & ideo non ita bene salvari potest eius specifice unitas, sicut salvatur in medicina corporali.

Tercio obijciunt, si prudentia specie variaretur circa agibilia diversa, hoc possimum esset ob diversitatem materia-



rum, vel obiectorum, nempe ipsorum agibillum diversorum per prudentiam dictabilium; sed hoc non obstat, nam in genere, & materia speculabili plus dilat conclusio a principiis, & e converso, quam diversa agibilia ab invicem in materia morali, & tamen idem est habitus principii, quia eadem scientia principia, & conclusiones considerat, ergo, &c. Confirmat, quia habitus considerans unum primum principium in aliquo genere vel in aliqua materia, ad tot se extendit manens unus, ad quot, & illud principium; Sed prudentia cum sit recta ratio agibillum, & respiciat agibile ordinabile secundum rectam rationem pro obiecto, habet considerare primum principium agibillum; ergo manens una ad omnia agibilia se extendit. Tandem licet multa, & al. trius rationis considerentur ab habitu, si ram habent attributionem per se ad aliquod unum, habitus est per se unus, ut constat de Metaphisica, & Geometrica; sed omnia obiecta prudentie, omnia nempe agibilia, etiam ut considerantur ab ea, attributionem, vel analogiam habent ad unum finem ultimum, ad quem omnia ordinantur per prudentiam, ergo &c.

152 Resp. ex Baffolio loc. cit. negando minorem, ad probationem rursus negatur in materia speculabili eundem esse habitum principiorum, & conclusionum, nam habitus principiorum dicitur intellectus, & habitus conclusionum dicitur scientia ex 1. Post. & 6. Eth. unde, & Geometria considerans principia, & ex his conclusiones deducens non est unus habitus simpliciter secundum speciem indistinctus, sed ordine tantum; Imo quando eadem concederetur in speculabilibus conclusionibus, & principia ad eundem speciem habitum pertinere, hoc adhuc negari deberet in agibilibus, & moralibus ob rationem superius adductam n. 137. & 138. Ad Confirmationem dico ad maiorem, quod habitus considerans principium nunquam se extendit formaliter ad conclusiones ex ipso deductas sic, quod sit habitus conclusionis formaliter, sicut nec intellectus est scientia; unde, & in proposito prudentia, quae respicit primum principium agibile, ut est talis habitus, non respicit conclusiones agibiles formaliter, sed operet ponere alios habitus distinctos respectu conclusionum necessario, sicut est de scientiis; Ita quod prudentia in genere respicit totum bonum hominis morale, & agibile secundum rectam rationem, quod est bonum in communi, vel in generali; sicut etiam virtus moralis in genere, respicit tale bonum; tamen in speciali, sed secundum species variatur illa ratio boni generica, sicut, & ipsa virtus moralis; Neque potest dici, quod unica prudentia secundum partem respectat illud totum obiectum in variis speciebus distributum, alioquin pariter dici posset, ac deberet, quod una virtus moralis secundum speciem esset circa totam materiam moralem, quod neque Adeptarii concedunt.

153 Ad ultimum respondet Doctor in terminis disp. 36. cit. li. L. declarat, qualiter omnes prudentie fiat unus habitus, & omnes habitus Geometricae ad unam scientiam pertinent, & inquit, quod ficut omnes habitus Geometricae pertinent ad unam scientiam universalem, ita omnes habitus prudentie ad unam prudentiam universalem; sed illa unius scientie Geometricae non est formalis, sed virtualis, nam habitus ille, qui est de primo obiecto est formaliter unus, & est virtualiter omnium, quae continentur in illo primo obiecto, sed non est formaliter omnium illorum; & itaque ex unitate obiecti primi virtualiter continentur omnes veritates scientiae de eo scilicet sumitur unitas scientiae, ut docet Doctor qu. 3. Prof. sic quod habitus illius primi obiecti est unus in se formaliter, sed virtualiter est omnium, quae in illo principio continentur; Et ita scientia Geometricae, v.g. sunt plures habitus scientiales formaliter, qui tamen sunt unum unitate non forma, sed virtuali, propterea quod in habitu primi obiecti virtualiter continentur. Pari ratione, inquit Scotus, habitus ille, qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est virtualiter omnium illorum, quorum cognitio practica in illo fine virtualiter continentur; Cognitio enim practica agibillum desumitur ex cognitione alicuius finis, ut obiecti, sicut ex principio speculativo cognitio conclusionum; Et sicut conclusiones virtualiter continentur in principio, ita cognitio mediorum in cognitione finis; Sed non est cognitio, nec habitus formaliter omnium, sed virtualiter; Ita una prudentia est virtualiter omnium virtutum extendendo nomen prudentiae ad virtutes omnium virtutum extendendo principii practici, sed sunt multi habitus formales prudentiales; Sic ad verbum declarat Rada contr. 15. de Virtutibus art. 3. doctrinam illam notabilem, quam habet Doctor loc. cit. pro argumenti solutione. Sed quae, & qualis sit unitas scientie totalis iam ex professo diximus disp. 13. log. qu. 3. art. 2. & 3.

154 Quarto tandem obicitur ad probandum, quod prudentia, ut regula unius determinate virtutis, actu respicit omnia agibilia, nam prudentia est regula, & reclaratio consiliativa, iudicativa, & praeceptiva ergo eius rectitudo exigit animum,

nam secundum partem apprehensivam, quam appetitivam recte, vel bene dispositam circa principia omnium agibillum; sic autem se habet ad fines omnium cum omnibus virtutibus principibus; ergo coexistit saltem omnes virtutes principales. Conf. quia scientia pendet ex omnibus principis suis, non ex aliquibus tantum; ideo Geometria errans in uno, non est perfecta; ergo neque prudentia, nisi simul omnia principia recte iudicandi supponat; constat autem fines agibillum in qualibet specie esse principia, ex quibus prudentia procedit; ergo prudentia etiam ut regula determinate virtutis actualiter extenditur ad recte iudicandum de omnibus in particulari. Demum prudentia regula determinate, virtutis regulat appetitum circa fines omnium agibillum, quia delectatio immoderata de uno corruptum estimationem ad iudicandum recte de aliis; ergo ut sit perfecta, actu respicere debet omnia agibilia.

Respondetur negando consequentiam, nam ad consiliandum, iudicandum, & praeceptivum cum veritate de singulari agibili in determinata specie virtutis requiritur prudentia perfecta, & totalis perfectione, & totalitate intentionis tantum, non vero extensio ad omnes virtutum materias quasi omnes partes, & species prudentie necessario necesse debent, ut intellectus actualiter iudicat, vel praeceptiva de agibili unius determinate virtutis; ut supra declaratum est in solutione ad primum n. 149.

Ad Confirmationem verum esse assumptum de scientia totalitate extensio, non vero de scientia partiali; & Geometria est habitus generis unus, specificus multiplex, unde errans in uno principio specifico sub adequato eius obiecto non est scientia respectu illius scilicet; est tamen adhuc perfecta respectu aliorum, quorum sunt cetera principia; & sic pariformiter dicendum de prudentia. Ad ultimum negatur assumptum, ad probationem negatur rursus immoderatam delectationem de uno appetibili corruptam estimationem prudentie generice, vel specificae circa omnes fines agibillum, corruptum enim tantum speciem prudentiae unius determinati agibilis; unde avarus non est necessario intemperatus, nec ambrosius, vel impietatis, imo potest esse temperatus, & humilis, quia ideo prudens in moderandis veneris delectationibus, cibo, potu, &c. item in reprimendo, & regulando vindictae appetitu, ac etiam in ordinato propriae castitudinis affectu.

Quoniam vero dictum est, prudentiam esse consiliativam, iudicativam, & praeceptivam; petes, an prudentia ex parte intellectus consistat in alio habitu imperativo, an vero tantum iudicativo; Thomista primum affirmat; Scotista vero cum Doctor. disp. 36. cit. negat omnino posse admitti huiusmodi imperium ex parte intellectus, quod voluntatem determinet, eo cum ipso libertatem illi admitteret, ut dictum est supra n. 125. & sicuti disp. 7. de Anima qu. 3. art. 3. Dixi imperium, quod determinet, quia fit actum illum, qui dicitur per hoc obiectum sic, & quomodo amari potest, imperium vocare vel, concedi potest, dummodo voluntatem in sua integra libertate relinquat. Hic tandem nota, quod cum prudentia virtus moralis appellatur, non sumitur hoc nomen pro ea sola, quae in appetente facultate residet, sed pro ea, quae ad conformandos mores per se, & proxime attinet, sicut prudentia merito inter morales virtutes annumeratur, quia est morum regula, nec intra fines intellectus consumatur.

QUESTIO OCTAVA.

De Iustitia virtutum moralium praestantissima.

Iustitia esse inter omnes morales virtutes praecipuam, & praestantissimam docet Aristot. 5. Ethic. cap. 3. dum inquit, quod iustitiam esse virtutem, & excellentissimam virtutum, quae ratione etiam Scotus 4. disp. 49. q. 4. li. L. cum aliis virtutibus praefert, tam intellectivis, quam appetitivis, & perfectiorem ponit temperantiam, & fortitudinem, quia iustitia ordinat bonum publicum, temperantia vero, ac fortitudo privatam, cui publicum praeparandum, quare alias virtutes excedit ratione obiecti; Excedit etiam ratione subiecti, non quia iustitia tantum fit in voluntate, temperantia vero, & fortitudo in appetitu sensitivo ad eius inordinatos mores combibendos, ut Thomista dicit, quia licet quoque virtutes in voluntate collocari debent, ut constat ex dictis quae 4. Sed quia iustitia voluntatem perficit secundum affectionem iustitiae, temperantia vero, & fortitudo eandem perficiunt secundum affectionem commodi ratione irascibilis, & concupiscibilis; affectio autem iustitiae homini conveniens secundum gradum intellectivum a materia abstractum pro essentiam est simplicior, ac nobilior affectione commodi ratione irascibilis, & concupiscibilis; hac igitur ratione iustitia est omnium

omnium moralium virtutum praestantissima. Rursus excedit iustitia temperantiam, & fortitudinem ratione finis, quia iustitia propostum est, non tam propriis commoditatibus, quam alius commodis consulere, quod eo praestantius censeri debet, quo est difficultius, & eo divinius, quo pluribus est utilis.

157 Tripliciter autem iustitia sumi solet, communissimè, communiter, & proprie; primo modo sumitur pro omni actione recta, nam sicut qui recte agit, iuste etiam agere dicitur, ita ipsa actionis rectitudo, a qua dicitur recta, iustitia etiam appellari potest, a qua dicitur iusta, quomodo ab Anselmo definiti de veritate cap. 12. notat Doctor 4. disp. 46. quae 1. ubi has ponit iustitiae acceptiones, quod sit rectitudo voluntatis propter se servata, quo pacto quaelibet virtus mentis ipsam rectitatem potest dici iustitia, & passim viros probos solemus appellare iustos, improbos vero; ac sceleratos iniustos, & iniustitiam pro quolibet genere viti usurpare, & in hoc sensu loquens Aristot. 4. Eth. cap. 10. dixit ex Agathone Iustitia in se se virtutes continet omnes, quatenus omnis virtus constituit iustitiam inter voluntatem, & normam rationis. Secundum modo, scilicet, communiter sumitur iustitia pro virtute habitando ad recte se gerendum in ordine ad alios, in quo sensu opponitur fortitudini, & Temperantiae, quae hominem perficiunt in ordine ad se, & sic habet sub se, tanquam partes subiectivae, Religionem, pietatem, obedientiam, veritatem, gratitudinem, amicitiam, & similes alias virtutes alterum respicientes, quarum quaelibet est iustitia vere, & proin hoc sensu; nam virtus in hoc sensu sumitur pro quovis habitu voluntatem inclinante ad reddendum alteri debitum, quo pacto omnis virtus, quae respicit alterum, reddi illi debitum saltem morale fundatum in ipsa honestate virtutis; quae sicut in subiecto ponit debitum, ita in altero ius passivae exigentiae. Tertio tandem modo, scilicet, proprie sumitur iustitia pro ea virtute specialia, cuius munus est constituere aequalitatem inter aliquos secundum debiti rationem strictè sumpti, seu pro virtute specialia inclinante voluntatem ad reddendum alteri ius strictè debitum ad aequalitatem, de qua loquitur Aristot. 7. Ethic. per totum; dicitur autem eius munus esse constituere aequalitatem inter aliquos secundum debiti rationem, quia si ego v.g. agrum Petri occupo, non est inter nos aequalitas, sed inaequalitas, nam in Petro esse actio, & ius adversum me; & in me foret debitum, quod est iuris correlativum, ad restituendum Petro agrum; Quare dum iustitia me movet ad restituendum Petro agrum, vel aequalitatem, reddi inter nos aequalitas.

158 Iustitia vero hoc tertio modo sumpta, quae dicitur specialis virtus, est una ex quatuor Cardinalibus iuxta communionem Theologorum sententiam, & cuius praedictae virtutes iam enumeratae Religio, pietas, obedientia, &c. quae sunt partes subiectivae iustitiae in secunda acceptio est, erunt partes non subiectivae, sed potentiales, quae ita appellari solent, eo quod similitudinem quandam cum iustitia proprie dicta habeant, quatenus sunt ad alterum; a propria tamen eius ratione desunt, vel quia non respiciunt aequale, vel quia non respiciunt debitum legale, & strictum, sed morale; nam quia Deo, parentibus, & patriis, non potest ius suum reddi ad aequalitatem, ut inquit Aristot. 5. Ethic. cap. 3. & lib. 8. cap. ult. hinc Religio, quae versatur circa ius Deo reddendum, & Pietas, quae circa ius reddendum parentibus, ac patriis, & Observantia, quae circa ius reddendum Superioribus, a propria, & rigorosa iustitiae ratione desunt; Aliae vero virtutes enumeratae ab ea desunt, quia non respiciunt debitum legale, & strictum, sed morale, quatenus nimirum illa petit, & exigit honestas virtutis, ut de singulis discursus declarat Smithus in tract. 3. disp. 4. quae 4. Iustitia ergo proprie, & specialiter sumpta definitio est, & species, vel quasi species hic vestigare debemus; Quae etiam dici solet iustitia particularis, quatenus versatur circa lucrum, & damnum in actionibus, & contractibus humanis, & dividitur in distributivam, & commutativam; & est pars subiectiva iustitiae universalis, vel generalis primo, & secundo modo sumpta, quia non habet pro obiecto aequum, & legitimum in communi, sed solum aequum, & legitimum in actionibus, & contractibus, & commerciis humanis, & pertinentibus ad commutativum, & distributionem humanorum bonorum.

159 Huius vero iustitiae particularis obiectum est ius alteri legali debito obstrictum, ad differentiam iustitiae universalis, & generalis, cuius obiectum est ius morale tantum debito in ipsa virtute honestate, fundato alteri obstrictum; est enim debitum legale, ad quod solvendum lege cogi potest debitor; contra vero ad debitum morale in sola virtute honestate fundatum solvendum, lege cogi non potest debitor; Quod autem huius iustitiae particularis obiectum de qua hic agere intendimus, sit ius alteri legali debito obstrictum, inde

probat; quia illud est obiectum formale virtutis, ad quod principaliter virtus ordinatur; sed iustitia principaliter ordinatur ad hoc ius constituendum, nunquam enim censetur iustitiam fecisse quovis modo hoc ius in rebus non potest; unde Aristot. 6. Ethic. cap. 8. inquit; Cuius homines alterantur, ad iudicem confligunt, tanquam ad ius animi rum, ut eos ad aequalitatem redigat, a quo tunc ius unum secundum secutos putant cum aequum quique acciperit. Huius ergo iustitiae definitio est, & species hic assignare, & declarare intendimus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Assignatur, & declaratur definitio Iustitiae specialiter dictae, & aliqua de iure, & Lege in generali traduntur.

Definitio Iustitiae particularis, & specialiter dictae iam declarata assignatur a Vulpiano L. iustitia ff. de iustitia, & iure, quod sit consensu, & perpetua voluntas ius suum cuique tribuendi, quam iustitiae definitionem omnes Doctores tam Iuristi, quam Theologi recipiunt, & approbant; quare immerito etiam indicatur Poncius disp. 22. de Virtutibus moralibus q. 6. levissimam ex motivis; est optima namque, & omnibus numeris absoluta, strictè intelligitur, & explicatur. Hanc definitionem a Vulpiano traditam inquit Faber disp. 23. de Restitutione & 2. & Vulpes 1. 3. par. 3. disp. 91. art. 1. coincidere cum definitio Anselmi supra relata, quod sit rectitudo voluntatis propter se servata, si addatur particula ad alterum, quod auctor Doctor non indicat 4. disp. 46. q. 1. Hoc tamen non bene dicitur, quia si addatur particula ad alterum, non adhuc definitio Anselmi explicat naturam iustitiae particularis, & specialiter dictae, de qua hic est sermo; sed tantum iustitiae universalis secundo modo dictae, unde addita particula ad alterum definitio Anselmi convenit Religioni, pietati, obedientiae, & aliis similibus virtutibus, quae sunt ad alterum, nec tamen sunt species iustitiae specialiter dictae, de qua hic agimus; neque hoc intendit Doctor loc. cit. ut ipsum ponderanti patebit.

Hae vero definitio sic passim a Doctoribus explicatur, quod quando iustitia dicitur voluntas non est intelligenda ipsa animae facultas, seu ipsa voluntas in actu primo, quia iustitia nec est vis, nec facultas animae, sed potius ipsiusmet facultatis actus, per quem describitur habitus; sic enim consuevit esse optimis Auctoribus habitum per actum definire, ut cum dicit D. Augustinus, fides est credere, quod non videt, habrum fides definitio per actum; Addit consensu, & perpetua, ut intelligat actum illum ab habitu proficisci, cuius propria est constantia, & perpetuitas, iustitia enim est virtus, & virtus est habitus hominem dirigens, non ad tempus, sed perpetuo, & constantiter, quantum est ex natura habitus, licet ad unum deducere possit; ponuntur etiam illae particulae non tantum ad indicandam stabilitatem, & firmitatem actus ex parte habitus, sed iuris actibus radicatis, sed etiam ex parte obiecti, ita ut voluntas in operando sit itabilis, & perpetua in obiecto, ut non circa unum, v. l. alteram materiam, sed circa quamcumque parata sit operari iustum. Et potest tandem iustitia dici etiam obstrictae perpetua voluntas, in quantum eius obiectum, scilicet, ius proprium unicuique reddere, principium est practicum ex terminis necessarium, ac sempiterna veritas. Per quam explicationem solvitur obiecto Poncii contra hanc particulam, quod hac ratione non magis poni deberet in definitione Iustitiae, quam cuiusque alterius virtutis. Hoc enim totum gratis concedimus, quia haec particula in definitione Iustitiae non tenet locum differentiae, sed generis; hoc enim cuiusque virtuti commune est, quod sit firma, & stabilis, quia virtus non dicitur, donec fuerit diuturnus actus firmata, nec circa unam, aut alterum obiectum, sed circa omnem materiam parata semper recte operari.

Per reliquas vero particulas exprimitur propria differentia, quae iustitia distinguitur a reliquis virtutibus; per hoc enim, quod ultimo loco additur ius suum cuique tribuendi, distinguitur actus iustitiae ab actibus ceterarum virtutum per proprium ipsius obiectum, quod est ius, sive quod iustum est, ius, inquam, alteri legali debito obstrictum, & non tantum morali, ad quod proinde solvendum debitor vel legis cogi potest, ut supra explicatum est num. 159. Illa etiam particula cuique non tantum indicat, quod iustitia est virtus ad alterum, quia in hoc convenit cum aliis virtutibus, quae dicuntur partes eius potentiales, sed designat praesertim iurium alteritatem, quae ad rationem perfectam, & rigorosam iustitiae essentialiter requiritur, qui enim est ius iuris, est moraliter alter, nam alter ad contrahendum iustitiam dicitur ius, non qui physice tantum est ab alio in persona distinctus, sed etiam